Vado mori: mors certa quidē: nil certiꝰ illa
Hora ſit incerta: Vel mora: Vado mori.

Vado mori: quid amē quod finē ſpōdet amarū
Cuius inanis amor non amo: Vado mori.

Mors dñz ſeruo: mors ſceptra ligonibꝰ equat
Diſſimiles ſimili conditione trahens

Mors

Nil dubium vos omnes viuentes
Quāq̄ tardet ſic choreabitis
Solus deus ſcit hominū mentes
Reſpicite quid tunc facietis
Summe papa vos incipietis
Vt dignior conducens minores
Honoratus taliter eritis.
Maioribus debentur honores

Papa

Heu quid hoc eſt an ſit neceſſitas
q̄ ſim primus de choreantibus
Quid in terra ſuprema dignitas
Nomen dei prodeſt in talibus
Eccleſiis ſum preſes omnibus
Velut petrus: et nunc obiciens
Michi mors eſt pulſis honoribus
Parum valet honor ſic tranſiens.

Quid ſublime genus? q̄d opes? q̄d glīa p̄ſtāt
Que michi tūc aderāt: hec michi nūc abeunt.

Mors

Et vos impar et mundi fortior
Princeps magnū tenens imperium
Vos oportet dicendo morior
Dimittere pomorum precium
Nunc ſoluetis iura viuentium
Non eritis ſtatim velut heri
Quicquid duco quod eſt mortalium
Omnes ade natos decet mori.

Imperator

Mors me grauat et tamen neſcio
Coram quibus ius ſit appellare
Arma modo victus abicio
Mors lintheum me cogit portare
Super omnes ſolebam regnare
Et moriens ita deficio
Heu quid hoc eſt mundo imperare
Maiores non habent ex premio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf